



Inc 69- 8^{uu}



Jan 16 1923

Elkhorn Slough State Marine Reserve
Monterey County California

Surf Beach just back from
the ocean has been covered
with a dense growth of the
green algae *Ulva lactuca* and
often chevilles. This caused great
trouble to the fishermen on
Point Gabilan by entangling their
nets. The green algae was
also found on the beach at
the mouth of the Salinas River
and on the beach at the mouth
of the San Simeon River. It
was also found on the beach
at the mouth of the Carmel River
and on the beach at the mouth
of the Arroyo Grande River.



Anno Christi 1593.

Florentinorum Oratio coram Summo Pontifice
Alexandro VI ac eius sacro Senatu per Gen
tilem Episcopum Aretinum.

Venimus Beatissime Pater accepturi
primū in Pontificem: quemcunq; sa
cer iste Senatus dedisset. Mox San
ctitati tuæ quā dedit solitā obedientiā promissu
ri. Alterū debitæ: Alterꝝ deuotæ Florentini po
puli erga Romanā sedem obseruantia. Exquo
enim Gherardus Florentinus & quidem Episco
pus: Nicolaus scilicet secundus: ius eligēdi Pon
tificis ad Cardinales reduxit: obligauit nos reli
quos Christianos cum in pastore accipere: quem
Patres ipsi sua creatione dedissent. Paruimus
hactenus religiosissime tam sanctæ constitutiōi:
a nullaq; unq; huius apostolici collegii electōne
ciuitas Florētina deflexit. Hanc uero quā mo
do fecistis Reuerendiss. Patres tam libenter acci
pimus ut & gratias agamus Reuerendiss. domi
nationibus uestris: & omnem illis domini retris
butionem suplicemus. Cupiebamus enim uel
ultimū uestri ordinis: dedistis primariū. Nole
bamus aliquem qui sal ab aliis esset empturus:
dedistis eum qui possit illud uendere & sapienti
bus. Cupiebamus Pontificem qui cōpati pos



set infirmitatibus nostris: Dedistis eum qui cle-
mentia bonus Christi uicarius: Qui liberalitate
magnus nobis Alexander sit futurus. Noleba-
mus gubernatorem qui aut fluctuante nauicu-
la dubitaret: aut dormiret tranquilla: Dedistis
eum qui & in fluctibus manum uitiam ad clauū
Alteram ad remū teneat: & in portu sua sit sem-
per retia refecturus. Declarastis deniq; omni-
bus q̄ domini sint Cardines terræ qui posuit su-
per eos orbem. Veræ columnæ aureæ super ba-
ses argenteas & fundamenta æterna supra soli-
dam petram qui oblii omnis uestri priuati ædi-
ficii: Cōmuni Christianorum ecclesiæ subueni-
stis. Licet enim e tam sancto collegio nihil nō
sanctum eligi poterat: Siue tamen q̄ in eo uota
omnium uestrum cernimus: Siue q̄ illū in om-
nibus uobis arbitramur: utiliore dari nobis Pon-
tificem his temporibus potuisse non credimus.
Non alia uolebat esse rerum experientia: Non
minor animi magnitudo. Talem decebat mo-
derationem eum qui soli deo: esset suæ uillicatio-
nis rationem redditurus. Empta profecto non-
fuit in templo columba quæ tam sancte uos in-
spirauit: Sed uolitans: Orantibus uobis: Ve-
nit ex alto. Spiritus enim sanctus disciplinæ

111. *missus annui sicutio br. bull. missio g. l.*
effugit fictum: Et quod nostris manibus fabricatum in dei templo quandoque putamus illius structura est, qui spirat ubi uult; qui per nolentes etiam operatur ministros: qui non esset Is qui datus est patribus uestris ut maneat uobi scum in aeternum: si Conclavi uestro in tanta electione defuisse. Pro tam uera igitur Spiritus dei canonica ac celesti electione Reuerendissimi Patres filiali illi uestri qui nos miserunt; Si referre non possunt: Supra uires se tamen debere fatentur: Et sanctum hoc opus uestrum quantum in eis est: Extollunt: Venerantur: Adorant
Ad te uero conuersi Beatissime Pater hesitamus an communem illam assumptionis: gratulationem imitemur. Nouimus enim Sanctitatem tuam hoc oneris: ad communem utilitatem: non priuatam laudem suscepisse. Adeo præterea ueremur: ne haec plenitudo potestatis: Curarum plenitudo sit: Ut condolendum potius quieti Sanctitis tue quam potestati gratulandum quandoque putemus. Vicit tamen priuatam solitudinem publica ratio: Nec sinit nos non laetos uidere tronum Christianæ gloriae plenum maiestate sua.

Ingenium illud ad omnia summa natum. Illa
mentis & in gerendis rebus fœlicitas peculiares
affectus nostros non recipiunt. Vox enim in
terra nostra audita est: Exultate & letamini in
domino deo uestro: quia dedit uobis doctorem
iustitiae. Sanctitati quoq; tuæ q; dixit: Tu pa-
sce populum meum: & tu eris princeps super eū
Is est qui dat etiam cum temptatione prouentū
Venisti enim in altitudinem maris: non diffite-
mur. At super illud Petrus prædecessor olim
tuus siccis pedibus: cum iam amplius non dubi-
tasset: ambulauit. Ingressus es fluctuantem na-
uiculam: non negamus: sed quæ mergi non pos-
sit: & cui præsit qui imperat uentis & mari. Fi-
dem in fidelibus plenam in custodiam suscep-
sti. Pro illa orauit Saluator noster ut non defi-
ceret. Mortales arctus immortali sarcine sub-
misisti. At huic labori ministri sunt cœli: & co-
rona aurea super mitram eius: fuisti deniq; ha-
cenus homo diuinus: eris posthac deus huma-
nus. Tenes enim uicem in terris eius cui fle-
titur omne genu: eius qui est Rex regum & do-
minus dominantium. Qui aufert spiritū prin-
cipum & ministros suos facit ignem urentem.
Habes sedem: de qua Dominus: Locus solii mei
& locus uestigiorum pedum meorum ubi habi-

3

in aeternum. De qua ruisus: Nō ne hæc quæ
humilem exaltavit & sublimem humiliavit.
Cuius inquam proprium est ut tūc uincat cum
leditur: Tunc secura sit cuim superata uidetur.
Locus certe in quo sanctus stas Beatissime Pa-
ter terra sancta est: Locus Petri principis aposto-
lorum ubi steterunt pedes eius: Locus illius quæ
constituit dominus Principem omnis possessio-
nis eius. Stat incōcussum priuilegiū tuū tibi.
Tu solus hamo pīscari. Tu in altum potes re-
tia laxare. Tu hæres apostolorum: Tu uiua
lex: Tu specula: Tu es cui claves traditæ: cui
oues creditæ sunt. Non potes non trahere ple-
num magnis pīscibus rete: cuim dominus sit qui
in altum mittere iubeat. Non potes non aperi-
re cœlos aliis qui illos tibi tam nolentes aperui-
sti. Non potes non diuine diuinam sedem te-
nere: qui terrenum nihil in illam contulisti.
Exultat igitur merito ubiq; & gloriatur in do-
mino omnis ecclesia sanctorum: Quia suscita-
uit illi dominus pastorem qui gregem suum pa-
scat in herbis uirētibus super montes Israel: Cu-
ius uirgo corrucrat & non erat qui subleuaret
eam. In tempore oportuno aperuit manum su-
am: parauit sanctum suum in oculis omnium

gentium. In medio necessitatis nostræ recorda
tus est misericordia suæ. Concipe modo tu Be
atissime pater fortitudinem ad saluandas gen
tes. Concipe supplicamus per eas æternitates
ad quas fulgebunt tanq; stellæ firmamenti qui
erudiunt alios. Timeat omnis populus sacer
dotem domini audiens sapientiam dei esse in il
lo. Et sciant gentes prophetam esse in Israel.
Erue a frammea & de manu canis unicam domi
ni. Dona siquid laboris isti Atlantis humeri
subituri sunt ouibus illis pro qui'bus primus pa
stor bonus animam suam ponere: non dubita
uit. Autenim sui ac tot martyrum sanguinis
obliuiscetur dominus: aut ecclesiam pro qua cru
cifixus est tecum sustinebit. Vnum est: unum
Beatissime pater quod ab humeris Sanctitatis
tuæ excutere non possum: Hoc illud unum est
q; nihil ignorantiae: nihil impotentiae: nihil for
tunæ condonabitur. Quicquid erit ouibus tu
is a sola uoluntate Sanctitatis tuæ reputabitur.
Quam tamen bonam & secundum gloriā pon
tificatus sui speramus non minus q; optemus.
Quid enim illi nunc supereft aliud ad summū
humanæ conditionis euæ: nisi ut cœlo uiuat:
ac nomen Rodorici Alexadri diuinis operibus

4

faciat immortale. Sed hæc omnes tangunt Be-
atissime Pater: hæc uniuersis fidelibus lætitia
communis est ratio. Nos uero quantulacunq;
pars simus Christiani gregis: qui ex oleis facti
oleastri eramus: non diu est: tanquā oues erran-
tes: Quomodo nunc conuersi ad pastorem & epi-
scopum animarum nostrarum: possumus nō læ-
taris? Quomodo præuenti benedictōibus dul-
cedinis: hanc mutationem dexteræ excelsi sine
gaudio possumus intueris? Spectamus nunc in
matris nostræ sinu patriæ nostræ delitias. Vi-
deimus primariæ familiæ hereditatis nostræ fu-
niculum sedere tandem cum principibus popu-
li sui. Siliquæ iam nobis omnes in saginatum
uersæ sunt: Nihil non pristinum: Nihil non ina-
ternum experimur. Calixti sanctissimi auun-
culi ac prædecessoris tui: ea ad Cosmum Medi-
cem primum patriæ nostræ patrem uox fuit.
Ostensurum illi se esse Vicarium Christi cui tot
ecclesias fabricauit: Nec passurum illum aut
populū eius: sed apostolicæ caros non esse: quos
nouerit sapientia & diuiniis domino suo Christo
fore carissimos. Cogitet modo Sanctitas tua
an ablactatus super matrem suam lætitia lachri-
mas queat continere. Consolatus est certe do-

minus populum suum Florentinum. Consci-
dit saccum eius lætitia circundedit per omnes
vicos nostros: Alleluia cantatur. Ortus cōclu-
sus amplius non dissipabitur. Vinea Sabaoth
spinas ultra non feret. Ager dominicus non sil-
uescit imposterum: Ponet desertum eius domi-
nus quasi delicias. Solitudinem eius quasi or-
tum irriguum: Gaudium & lætitia inuenietur
in eo. Hæ sunt gratulationes nostræ Beatissi-
me pater: Propter hoc lætatum est cor nūstrū:
& exultauit lingua nostra. In medio enim Ita-
liae positi iuncti non minus finibus q̄ animis re-
bus ecclesiæ: Non possumus fortunam eius nō
sentire: Non possumus non angi secum: non
lætari. Pars nō parua Romanæ curiæ: Quo-
modo columbam domini gementem: Quomo-
do Petrum de fluctibus tendētem brachia: sine
dolore spectare possemus. Cantantem pariter
alterā: exultantē alterę: ut nunc ex novo pasto-
re: Quomodo sine gaudio intueri? Tam mul-
ta est certe affinitas togæ cū tunica: q̄ nulla cas-
sidi cum tiara. Et mirantur quidam q̄ primi
uoluimus obedientiam profiteri. Nunquam
fuimus secundi Beatissime Pater in his quæ ad
huius tuæ sancte sedis reuerentiam pertinent:

5

sed primi omnium semper qui in uineam domi
ni uenerimus. Utinam modo parem saltem cū
ultimis mercedem recepissimus. Illi tamen su
mus qui a Lino cepimus superaedificari supra
fundamentum apostolorum & primi huius tuæ
sanctæ sedis esse domestici. Siquidē Christus
e celo Petrus e Galilea Linus e Thoscia nostra
originem ducens primus Italorum omnium:
Primus earum nationum quæ nūc Christianæ
sunt hanc tuam sedem gubernauit: ubi tu nunc
sedes Beatissime pater: & ipse primus post Petru
sedit. Illi inquam sumus qui sanguinem no
strum contra Henricum tertium: contra Corra
dinos: contra Manfredos: pro ecclesia fudiimus.
Illi sumus qui non dicam Eugenium quartum
eiectum Roma: sed Petru ipsum apostolum ex
Antiochia in Italiam uenientem primi excep
imus: fouimus: nutriuimus: nō crucifiximus. Ad
Arni ripam Beatissime Pater non Tyberis: non
Hiberi: non Padi Petrus apostolorum princeps
primum altare Christianum extruxit: Clemens
Isidoro teste consecravit. Plura non referemus
ne uideamus uenisse huc (ut multi) explicatum
merita nostra in ecclesiam: hæc tamen pauca te
tigimus: ut uideat Sanctitas tua q̄merito gratu
lemur: q̄ innata nobis sit huius tuæ sanctæ sedis

reuerentia: q̄ trita pedibus nostris tua illius in
obsequiis eius. Tuos igitur religione: Tuos iu
re: Tuos consuetudine: Tuos fide: Tuos uolu
tate suscipe Beatissime Pater Florentinos: Et ea
manu quo ipsi te genu in pastorem accipiunt.
Animas & corpora Sanctitati tuæ cōmendant:
Quicquid habent ante scabellum pedum tuo
rum exponunt. Utinā modo uidere potuisset
Sanctitas tua: Aut quibus hæc animis Patres il
li nobis mandata dederunt: Aut quibus uoci
bus populus ille frequens nos ad te uenientes se
quebatur: Iudicaret Sanctitas tua: Non dubi
tamus: Iudicaret nos elingues suis in exprimē
da populi illius: Spe: Deuotione: Lætitia. Nos
te indubitatum Christi uicarium: Verum Petri
successorem: ac Romanum Pontificem confite
mur. Tibi Christianorū Principi: Ac uniuers
ali domino Spirituali: obediētiam pollicemur.
Vicem quam geris in terris pro diuina: Saluta
mus: Veneramur: Adoramus: +


Dixi.


80

Ime. 69

81

45666





BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959183

Inv. 69-8 am

